

ἔτε λέγοντος ἤκουσεν. εἰδὲ γὰρ περὶ τῆς τῶν πάντων φύσεως, ἢ περὶ τῶν ἄλλων οἱ πλείστοι, διελέγετο, σκοπῶν, ὅπως ὁ καλούμενος ὑπὸ τῶν σοφιστῶν κόσμος ἔχει, καὶ τίσιν ἀνάγκαις ἕκαστα γίνεταί τῶν ἐραυίων. ἀλλὰ καὶ τὰς φροντίζοντας τὰ τοιαῦτα μαρτυροῦντας ἀπεδείκνυε. Καὶ πρῶτον μὲν αὐτῶν ἐσκώπει, πότερὰ ποτε, νομίσαντες ἰκανῶς ἤδη τὰν θρωπίνων.

nitiui absoluti: *nemo vidit Socratem, cum aliquid impie faceret, neque audivit, cum diceret*: ut Latini eos genituios exprimunt. *Ern.*

τῶν πάντων]. Eusebius Praep. Ev. XV, 62 ed. Viger. laudat τῶν ἀπάντων.

ἢ περὶ τῶν ἄλλων οἱ πλ.] Eusebii in ant. edd. est ἢ περὶ τῶν ἄλλων, ὡς οἱ πλ. Sed ed. Vigeri et Stobaeus pag. 467 conuenit cum scriptura vulgata.

ὅπως ὁ] Sunt. negligit ὁ, et Ald. cum Paris. habet ὅπως ὁ. Sed Stob. et Euseb. consentiunt cum Stephan.

ἔχει] Sic citat Euseb. l. l. et Stobaeus: idem habet vterque MS. Vindob. Flor. A. B. C. E. Paris. I. 3. Florent. D contra habet vtrumque ἔχει ἔφυ. Illud legit Bessario in suis libris et existat in marg. Steph. Si ἔφυ, quod vulgo edunt, verum est, respicitur ad somnia philosophorum de cosmogonia s. origine mundi naturali, qualia sunt in Epicurea philosophia, et hodie a Burnetio et Whistono prolata sunt: si autem ἔχει a Xenophontis manu est, intelligendus est locus de disputationibus philosophorum de ordine corporum coelestium, qualis illa Anaxagorae fuit, cum diceret, vnumquodque corpus optimum locum in mundo tenere, item de natura vniuersi et corporum coelestium. Vtrumque conuenit iis, quae §. 14 dicuntur. Sed ἔχει melius puto [praesertim cum plurimum librorum consensu confirmo-

tur. Ergo recepi. Z.] Et κόσμος proprie illis temporibus dictum coelum cum sideribus, cuius appellationis auctor Pythagoras. Photius Bibl. Cod. 659: adde Stanleium ad Aeschyl. Agam. 6. *Ern.* Imitatur nostrum Themistius p. 318: τῶν γὰρ πρὸ Σωκράτους σχεδόν τι ἀπάντων περὶ τῆς ἡραυῆς φροντίζόντων, καὶ ὅπως ΕΧΕΙ ἢ γῆ θέρμεώς τε καὶ σχήματος, καὶ ἐξ ὧν γεννᾶται τὰ ζῶα, καὶ ἐξ ὧν φύεται τὰ φυτὰ· ἔτος ταῦτα μὲν ἔκ ἐνόμιζεν εὐρετὰ εἶναι ἀνθρώπων, ἀλλὰ κατατρίβειν τὸν βίον, καὶ τῶν ἀφελίμων ἀποκλύειν· ὅθεν δὲ χρηὴ γενέσθαι ἀνδρα καλόν τε καὶ ἀγαθόν, ταῦτα ἐφρόντιζε πρῶτος etc.

ἀπεδείκνυε] Pro vulgari ἐπεδείκνυεν recepinus lectionem Euseb., Stob., Vatic. I, et MS. Vindob. 2, commendante Ernesto esse suadente Xenophonteo vsu: vid. de Rep. Ath. I, 1: Oecon. III, 1 etc.

§. 12. αὐτῶν] Sunt, qui, cum negent se nosse, quo commode referatur, vitiosum esse dicant. Sed quidni referri commode potest ad τὰς φροντίζοντας, qui antecedunt? Intellige igitur περὶ, quod §pho 15 expressum est. Sic eadem particula intelligitur infra I, 3, 8 in ἀφροδισίων δὲ. Cf. ad Xen. de Mag. Eq. IV, 7. Eusebius quidem diserte περὶ ponit; sed, cum apud Stob. et aliis in libris absit, ex glossemate illud ortum puto.